

*xij*, et ultra hoc, unum per centum; id quod solvebunt unum per centum, non solvant, sed residuum solvant. Item de frumento et ordæ<sup>551</sup> quod ferebatur per mare, accipiebatur ab illis *iiij* per centum, et ultra censaria; id quod solvebatur *iiij* per centum, non solvant, sed solum censaria. Item de bestiis quas extrahebant extra Armeniam, solvebant de equo bissancios stauratos *iiij*, et de mullo bissancios *iiij*, de asino daremos *v*, de bove daremos *ij* et karobius I, de montono, daremos *iiij*, de corio bufali daremos *vj*, de corio bovino daremos *vj*; istas dictas dricturas non debeant solvere. Et omnes gallinas et ova que emant et extrahant, non debeant solvere dricturam. Et illos arboragios<sup>552</sup> quos accipiebant ab illis ad fuces<sup>553</sup> daremos *ij* pro omni arbore non debeant accipere ab illis<sup>554</sup>. Specialiter bestie, id quod emunt, quod non debeant solvete, nisi censariam. Et ferrum ubi emunt, non debeant solvere nisi *I* per centum. In passagiis barcarum debeant solvere dar.  $\frac{1}{1}$  de sauma. Et hec, Januensis quod<sup>555</sup> furetur et sit latro de qua lingua velit, et rauba inveniatur, quod non debeant accipere tzarcam<sup>556</sup>. Et de mercatoribus quando veniebant, aperiebant esis capsias et scribebant eorum raubam; non debeant aperire eorum capsias, nec sigillare, nec scribere eorum raubam. Et pro mercatoribus Januensibus qui non recognoscantur quod sint Januenses nec filios Januensium, consul, cum suis bonis hominibus debeant videre probas, si est Januensis vel filius Januensis<sup>557</sup>, et mittat suum nuncium cum suo baculo, ad pasidonum<sup>558</sup>, quod debeant ipsum expedire ad presens, et quod debeant scribere nomen consulis et testium in nostra curia; et ex eo quod ipsi retinebant raubam mercatoris quousque ibat apud Tarso ad passidum, ad

---

<sup>549</sup> Քր, que St. Martin avait traduit par *khorî*, en arménien, Քորի, ce mot n'est pas arménien. Il est probable que l'abréviation Քր, s'applique au kardèze ou au kharoube, comme cela a été dit précédemment.

<sup>550</sup> կաւոգու, dans le texte arménien, signifie une coudée.

<sup>551</sup> hordeo, dans le *Liber jurium* de Turin.

<sup>552</sup> alboragios, dans le *Liber jurium* de Turin.

<sup>553</sup> Lisez: fauces.

<sup>554</sup> non debeant solvere nisi i per centum, dans les *Historiæ patriæ monumenta...*

<sup>555</sup> Et hec Januensis qui, dans le *Liber jurium* de Turin.

<sup>556</sup> tierciam, dans le *Liber jurium* de Turin.

<sup>557</sup> Januensium, dans le *Liber jurium* de Turin.

<sup>558</sup> քաւոնու, dans le texte arménien, «péage»,